

1748 rep. Aquileiae; Iosephus Galanti dedit museo Brixiano.

TISSIMVS · O  
TIVM · ADIVTOR  
IONVM CIVES  
OVO RAVSA  
RNIS · O

Descripsi. Est in schedis Labusianis.

1749 Aquileiae rep., extat ad Veronam in villa Mongae.

/// M S C E L  
V E N T V S Q V  
S  
C O I V G A L E M  
C V R I N V S A E I  
D V L C I S S I M I

Descripsi.

1750 Aquileiae in museo Cassis.

TI · IVLI  
T · PLVS · M  
AVSABIT  
FIDELIS  
qua- ar-  
dru- bor  
pes

Descripsi.

1751 Butrii apud com. Toppi.

V / PETVINIAE  
IAE INNOC  
VIX ANN

Descripsi.

1752 Aquileiae in aedibus Monari.

MERI  
QVEVI  
PLVS MI  
ET MESSIS ·  
colum- colum-  
ba ba  
figura  
precantis

Descripsi.

1753 Aquileiae in aedibus Moschettini.

QVIES  
M FILIO SVO  
NVMERO  
· D · P · EST

Descripsi.

1754 Aquileiae apud Zandonatium.

BENEMER  
EREN EQV  
ARAN <sup>P</sup> manus  
CESIT

Descripsi.

1755 Aquileiae apud Zandonatium.

ARTINIA  
NN · LXXV  
IT · IN PAC  
III · KAL IV

Descripsi.

1756 Aquileiae in baptisterio.

AVGV BONT  
T · ANNV · ET ·  
TOBRIS  
figura IN PACE  
pre-  
cantis

Descripsi.

1757 Aquileiae apud Moschettinos.

S P I T A  
I N N O C A  
N N O S D V  
A V G T · D E P V  
5  
M A

Descripsi.

1757a Aquileiae in baptisterio.

O N T R A  
E C E R V N T  
N P A C E M  
7 S

Descripsi.

## XV. FORVM IVLIVM (Cividale d'Austria sive Patria di Friuli). Tribu Scaptia.

Inter huius tractus populos eos, 'quos scrupulosius dicere non attinet', Plinio 3, 19, 130 nominantur *Foroiulienses cognomine Transpadani*, item inter mediterranea Carnorum oppida Ptolemaeo 3, 1, 29 φοροα Ἰουλίωσ κολωνία: nec praeterea oppidum memoratur aetate Romana, nisi ad eam referre placet Cassiodorum var. 12, 26 et geographum Ravennatem 4, 30. 31. 5, 14. Origo oppidi cum plane incerta sit, tamen propter nomen videtur referri posse ad Caesarem sive dictatorem sive filium eius, ut ad viam novam ab se stratam vicum hunc alteruter condiderit. Similiter ac fortasse simul conditum est Iulium Carnicum, ubi vide quae diximus. Post ruinam demum Aquileiae et Iulii Carnici paullatim crevit, ut vel regioni toti caput fieret nomenque daret. Quam ob rem eiusmodi oppidum num colonia fuerit, licet ita appelletur a Ptolemaeo, inre dubitavit Mannertus (9, 79), cum praesertim in titulo n. 1761 dicatur *res publica*, in titulo n. 1765 *municipium*. Hoc constat alterum Italiae superioris Forum Iulium Iriensium, quae nunc est Voghera prope Dertonam, coloniae loco fuisse. Tribum Civalensium Grotfendius in libro de tribubus p. 56 voluit esse Aniensem; at Forum Iulium huiusce tribus cur non sit longe celebrius Gallicum, non perspicio, cum hoc Voltinae detur a Grotfendio p. 118 argumentis allatis minime firmis; nihil enim obstat quominus colonia civium ab ipso Caesare deducta in tribu a reliqua provincia similiter differat ac differt Narbo. Lapidem certe Civali reperti ad unum omnes requirunt tribum Scaptiam. Magistratus qui oppido praesunt, *quattuorviri* sunt (v. n. 1767). De sexviris idem fere usu venit quod vidimus in

Aquileienses reperiunturque adeo in eodem titulo n. 1765 tres homines duo liberti, quorum alter sexvir est, alter Augustalis, unus ingenuus idemque municipii patronus, qui appellatur sexvir et Augustalis.

Titulos Civalenses habemus primum a KIRIACO, qui quos descripsit, eorum alii in omnibus fere saeculi XV syllogis comparent, alios servat unus codex Parmensis. MANUTIUS cod. Vat. 5237 f. 139 accepit titulos tres Civali descriptos una cum Tolmezzensibus a Raph. Cyllenio degente eo tempore Tolmezzi. Ex Civalensibus primus qui titulis colligendis operam dedit videtur fuisse *Petrus Paulus LOCATELLO*, cuius *commentario delle cose di Cival di Frioli* scriptum a. 1594 (vel a. 1574 secundum Bertolium, qui eundem librum habuit ab comite Hectore de Brazza) repperi inter collectanea Lirutiana bibliothecae archiepiscopalis Utinensis vol. I p. 63 sq.; usus autem est Locatellus praecipue schedis Nicolai Macheropii cuiusdam, quae perierunt. *Basilus ZANCAROLUS* qui scripsit de antiquitatibus civitatis Fori Iulii (Venetiis 1699. 4. pp. 228) ita compilavit Locatellum, ut pro eodem auctore habendus sit. Item Locatellianis usi sunt a TURRE et per Lirutium BERTOLIUS, qui ipsi pauca addiderunt. — Nuper canonicus Laurentius D'ORLANDI (*discorsi funebri aggiuntavi una breve illustrazione delle due lapidi Romane scoperte in Cividale l'a. 1843*. Udine 1853. 8. pp. 58 cum appendice quattuor pagg. non num.) titulos Civalenses denuo recensuit. — Reliqui auctores qui memorantur in adnotatione aut aliunde noti sunt aut de iis dictum est in praefatione ad Aquileiensa, quibuscum Foroiuliensa plerumque coniunguntur.